



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

Parisiis, 1644

Praefatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15653

contenderent, donec sibiipfis perniciem atque interitum inferrent. Tumultibus autem & dissensionibus inualescentibus, regem Cypri senatorem a se factum eodem misit, vt quosdam qui se reipublicæ reformatores vocitabant, opprimeret. Cum vero pacem inter Gallos & Anglos omnibus neruis in vanum componere studeret, mortem oppetiit pridie Idus Septembris, anno 1362. cum sedisset annis nouem, mensibus octo, diebus sex. Vir fuit iuris ciuilibus & canonici peritissimus, sinceræ vitæ & magnæ constantiæ: beneficia nullis nisi sufficienter doctis contulit. Huius temporibus, inquit Siluius, Ioannes Viclefus hæresiarcha, quia non potuit consequi episcopatum Vigornensem, in Anglia sua dogmata euomere cœpit, & composuit plusquam ducenta volumina librorum, quibus præter suos, Marcionis & Manichæorum errores immiscebat.

CONCILIVM TOLETANVM

AVCTORITATE BLASII ARCHIEPISCOPI

celebratum anno Domini MCCCCLV.

tempore Innocentii papæ VI.

TITVLI CAPITVLORVM.

- | | |
|--|--|
| I. <i>Quod transgressiones constitutionum prouincialium non ad culpam, sed ad pœnam tantum</i> | obligent transgressores. II. <i>De constitutionibus Ioannis legati apostolicæ sedis.</i> |
|--|--|

P R Æ F A T I O.

PATEAT vniuersis, quod nos Blasius miseratione diuina archiepiscopus Toletanus, Hispaniarum primas ac regni Castellæ cancellarius, in Concilio per nos apud Toletum die prima mensis Octobris, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto celebrato, qua prædictum Concilium extitit terminatum, procuratoribus & vicariis episcoporum suffraganeorum nostrorum ac capitulorum ecclesiarum cathedralium nostræ prouinciæ qui voluerunt & potuerunt commode interesse, congregatis, pro animarum nostrorû subditorum salute sacro approbante Concilio cõstitutiones edimus subsequentes.

C A P I -

ANNO
CHRISTI
1355.